Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ipse iret. et non derelinquerent solam febro
niam. Milites uero dixerunt. Non sumus uos
missi in ducere. sed ffebroniam solam. Tunc
tomaidis et bruennis ceperunt corroborare
eam. Dicebat enim bruennis. Ecce filia exis
in agonem. uide quia celestis sponsus prospicit ago
nem tuum et angelorum uirtutes prospiciunt uictoriam
tuam. uide ne abicias penas et fias risus diabo
lo. Non miserearis corpori tuo quod propter (deum) sub penis
quia hoc si nolumus. post modicum in puluerem con
uertitur. Ecce ego remaneo hic in tribulatione
audire de te bonum aut malum. sed deprecor te ut
audiam de te bonum nuncium per quem sciam quia nun
ciet quia febronia compleuit certamen et cum mar
tiribus annumerata est. Bruenni febronia dixit.
Credo mater domina scis quia numquam preterii manda
tum tuum sed neque modo. Tomais dixit ad eam. Viuit
dominus nata in scema secularem ueniam in auditori
um uidere agonem tuum. Milites autem accipien
tes eam dixerunt ad presidem. Cum uero duceretur
dixit ad bruennam et tomaidam. Deprecor uos orate
pro me et date mihi benedictionem. Bruennis uero ex
tendens manus ad celum clamauit dicens. Domine
ihesu christe qui apparuisti tecle ancille tue in sce
ma pauli. appare et huic in hora certaminis
sui. Hec dicens bruennis complexa est febroniam et
salutauit eam et dimisit abire. Tomais autem
induta ueste seculari. uenit in auditorium. Omnes
enim mulieres que ue[illegible]nerant ad auditori
um [illegible] sciebant febroni
am. et de doctrina eius gloriabantur. percutientes
pectora sua cum lacrimis ad auditorium curre
bant. Audiens (uero) ieria senatorissa quia febro
nia datur in publico surrexit et clamauit uo
ce magna [illegible] ita ut commoueret paren
tes suos. et omnes qui erant in domo. Cumque inqui
rerent quid hoc esset ieria dixit. Soror et magistra
mea febronia iudicium patitur. sic christiana.
Venerunt iudices et sedentes iusserunt adducere fe
broniam. Que adducta est ligata. et catena erat
in collo eius. Cumque stetisset in medio. iussit silenus
silere populum. et dixit lisimago. da preceptum et ac
cipe responsum. Lisimagus dixit. Dic mihi puel
la quid sis. ancilla uel libera. Febronia dixit.
Ancilla. Lisimagus dixit. Cuius. Febronia dixit.

Christi. Lisimagus dixit. Que uocaris. Et dixit. Christia
na humilis. Si autem nomen meum discere uis fe
bronia sub domina mea uocata sum. Tunc silenus
presens interrogare cepit et dicere. Viuit dominus febro
nia noluit te interrogatione dignam esse. Sed humi
litas tua una cum pulchritudine uicerunt furo
rem meum. iam numquam te interrogo. sed ut filiam rogo.
Audi uerba mea. uiuunt dii quia multas posses
siones et pecunias tibi dabimus et sponsabimus
te in uxorem domino lisimago qui et ipse est speciosus
sicut et tu. Febronia dixit. Ego iudex thalamum in
celis habeo non manu factum et sponsum immortalem.
et donum celestis gratie. hominem mortalem habere uel
nominare non audeo. Unde iudex noli laborare
quasi suadens me. quia nec suadendo nec timore
potes me uincere. Hec audiens silenus. precepit
mulieribus dicens. Exuite eam uestimentis suis. et
statuite eam in conspectu omnium nudam ut uideat
se in confusione esse. et lugeat se quia de magna
cecidit gloria et nouissimas inuenit penas. Cumque
factum fuisset silenus dixit ad eam. Quid dicis febro
nia uides quanta amisisti bona et adhibuisti tibi
tormenta. Febronia dixit. Audi iudex et si omni
uestimento nudata sum. ego hoc confusionem non
puto. Unus est enim creator omnium uirorum et mu
lierum nec solum de corporis nuditate non cogito.
sed per gladium et ignem transire parata sum. propter
nomen domini. si tamen fuero digna. Silenus dixit.
Impudens et omni exsceleratione digna scio quia
sine rubore inuenta es. ideo non erubescis. Febro
nia respondit. Audi iudex. scit christus meus. quia non uidi
usque nunc personam uiri. Sed quia cecidi in manus
tuas nunc sine rubore uideor esse. Tamen stulte
et insensate quis luctatur constitutus in agone
ueste indutus aut coniungens se bello. nonne
nudus incipit pugnare. quo usque uincat ad
uersarium. Ego quidem tormenta et ignem ex
pecto ideo nuda pugnabo. quo usque patrem tuum
diabolum uincam. Silenus dixit. Tendite eam
in quatuor et fustibus cedite eam quo usque appare
ant ossa eius. Cumque factum fuisset ita cesa est ut ri
ui currerent de sanguine suo in terram. ig
nis (uero) ardebat subtus eam. et incendebantur uiscera
eius. Cumque hec per multas horas fierent. omnis mul
titudo clamauit ad iudicem. Amator homi